



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paraenesis De Eleemosyna

Alardus <Aemstelredamus>

[Köln], 1545

VD16 A 1250

Mitem ac facilem decet esse in præstanto indigenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-63012)

DE E L E E M O S Y N A.

rursus appellamus ac uiolentum. Et si quidem inter
gris uestibus cōiectus fuerit, quas forte aliquis ei
dono dedit, uelut inexplebilem repellimus, & pau-
pertatem ipsum simulare iuram⁹. Si uero putridis
uelctur panniculis, rursus ut fœtentem fugimus,
& neq; conditoris nomen supplicatiōibus ammis-
cens, neque assidue nos, ne in tales afflictiones col-
labamur, adiurans, immisericors propositum no-
strum ille flectere potest. Quapropter grauiorem
gehennæ ignem formido q̄ diuitis illius fuit.

Mitem ac facilem decet esse in præstando indigenti.

Iohannes Chrysostomus de Sacerdotio libro 3.
Quo circa uir quidam sapiētissimus, humani in-
genii auaritiam fastūque contemplatis, præterea
intelligens paupertatis uim, naturamque tantum
posse, ut uel generosissimum quēq; animum pro-
sternat, cogatque identidem iſcīem rebus postulan-
dis impudentem cīscē, ut ne quis per pauperum effla-
gitationes ira excandesceret, tum uero assiduo illo-
rum occursu irritatus illis aduersarius is fieret, qui
opem afferre deberet, ipsum instruit ad se mitem, ac
facilem indigenti præstandum. Pauperi, inquit, ci-
tra animi tui molestiam aurem inclina, atque illi
pacifice humaneque respondero, ac missum faciens
indigentem, eundemque irritantem (quid enim di-
cere quis ad illum possit, qui supplex iaceat?) cum
eo sapiētissimus ille idem uerba facit, qui illius in-
firmitatem subleuare potest, exhortans, ut tum uul-
tus mansuetudine, tum orationis humanitate, ante-
quam ad largitionem descendat, illius animum eri-
gat, excitetq;. Quod si quis destinatas uiduis facul-

DE E L E E M O S Y N A.

ates nō usurpet quidem, in ipsas autē probra coniūciat infinita, contumeliaque afficiat, atque adeo aduersus eas irritetur: non solū liberalitate sua natūrā paupertate dolorē non subleuat, uerum & malū ipsum conuitijs aggrauat: cogūtur eīm p̄ficta admodū esse fronte ob uentris esurientis necessitatem, ueruntamen & dolorē etiā ab huiusmodi ui, cōtume liaq̄ cōcipiunt. Proinde quū ob inedię timorē mendicare, & ob mēdicitatē impudētes esse cogātur, rursus quū ob impudētiā cōtumelja afficiant, multiforis quēdā angoris, mœstitię, dolorisq̄ uis, & q̄ caliginē multā afferat, in illarum animum irruit, eūq̄ oportet qui illarum curā suscipit, haētenus & quā nimem, patientemque esse, ut non solū non sua de stomachatione illarum mœstiam, anxietatemque augeat, sed & consolationē sua dolorem cū magna ex parte sopiat, qui aliunde enatus illarum animos occupauerit. Nam quēadmodum nescio quo pacto fit, ut quem contumelia affecerit, is non sentiat pecuniarē acceptarum subfidium, ob inflictam contumelię plagā: sic quem blande atq̄ humaniter appellaueris, qui que idē donum aliquod una cū sui consolatione à te acceperit, exultat magnopere, ac lāta tur, tū uero donum ipsum donantis uultus, gestusq̄ cōduplicat. Quæ ipsa non ex me pronuncio, sed ex illius uerbis, cui⁹ illa ipsa est admonitio q̄ p̄cessit. Fili eīm, inquit, in bonis ne des tristitiam uerbi. Nōne ros ardorē tollet: sic uerbi melius q̄ datū. Ecce eīm uerbi supra dona ipsa excellens bonū, utrumque autem uir gratus p̄fstar.

Ex animo auxiliandum esse egenis,